rex etc. In quibus verbis audit ve-
nire in carnem | Ecce rex
Regia maiestas | tuus
humana humilitas | venit
divina caritas | audi | tibi man-
humana pietas | suetus
regia auctoritas | sedens su[per]

Primo quod audit venire in car-
nem regia maiestas cum dicitur
Ecce rex. Nam ille qui venit in car-
nem rex est ut psalmista dicit Deus
magnus dominus et rex magnus super
omnes deos. Et apostolus in 1ª Ipse est
rex regum et dominus dominantium
Hanc tamen regiam maiestatem ab-
scondit. Augustinus? In angus-
to utero virginali celata est cuius
regia maiestas in presepio et
pannorum vilitate abscondita
est divitiarum eius in egestate. Potestas
sua in infirmitate abscondita est
cuius fortitudo et eternitas admi-
randa. Hec ille. Bernhardus? fuit in
humilitate quam expressit apostolus ad
Philippenses 2: Semetipsum exinanivit for-
mam servi accipiens. Super quo ver-
bo [illegible] dicit ut super-
bum hominem redimeret humili-
ter carnem propter hominem
assumpsit. [illegible] Christus
[illegible] et dicit Rex
factus est servus deus homo propter te
et deus factus est [illegible] immortalis
mortalis. invisibilis visibilis
creator creatura. [illegible] non una
[illegible] sed in divisis quia ipse deus
est et homo. Ita ut Fulgentius [illegible] quod
erat permansit et quod non erat
assumpsit. Manens deus et factus
est homo. et in homine fuit regia
maiestas abscondita.

Secundo audit nobis venire in carne
humana humiliatus. cum dicitur Tuus
quia tibi datus. Datus dico Ysaie 9:
Puer natus est nobis et filius
et filius datus est in divinitate. Et voca-
bitur nomen eius admirabilis consilia-
rius deus fortis pater futuri seculi
princeps pacis. Ubi Bernhardus [illegible]
eius humana humilitate [illegible] quia
fuit admirabilis in incarnatione
consiliarius in predicatione deus in mi-
raculorum operatione. fortis in passione
pater futuri seculi princeps pacis
in gloriosa ascensione. Et o homo
propter te venit factus est totus tuus
ita ut potest dicere illud Cantici 2: Dilectus meus mi-
hi et ego illi. Ideo dicit Bernhardus
Putas quod me iam despiciet non
[illegible] meis et tuis [illegible]
[illegible] Tertio magis propter nos homines
et propter nostram salutem descendit de
celis et incarnatus est. et non solum
propter homines sed etiam propter angelos sci[licet]
bonos. et non propter malos qui re-
dimi non poterant ut dicit glossa su-
per [illegible]. Desuper et homo magis in-
digebat quam angeli. Item etiam
homo magis dignus erat [illegible]
[illegible] quia peccavit seductus ab
alio. angelus vero peccavit per se.
Item in carne non solum profuit homi-
nibus sed angelis profuisse. quia angelus
[illegible] fuit in malo. [illegible] non ho-
[illegible] quia propter angelos bonos
venit et propter homines ut etiam ange-
los familiares faceret hominibus et
homines angelis associaret
et per homines angelorum ruina re-
pararet. Augustinus [illegible] Adventu
dum in carne non solum humanum genus
[illegible] sed etiam angelorum in celis erat